

2675

CODICES

2676

ximil. Transylvani, qui *Carolo V. Imp.* a Secretis fuit, ad *Matth. Langium* Card. Archiep. *Salisburg.* data *Vallisoleti 24. Octobr.* 1522. de *Navigatione Ferd. Magellanis*, quae extat etiam typis *Rom. F. Minitii Calvi* in 4. et *Basileensibus. Cod.* (608) p. 216. habetur *Portio Sermonum affectorum*, cui *Roffii* Possessoris manus praemittit: *Dicunt hos Sermones esse compilatos a Beato Johannebus in Kralowecz Kastro Tempore regis wenceslai. Cod.* (609) p. 162. invenias brevem *Tractatum bohemicum de Cura Fringillarum*, cujus Autor praecipuus dicitur *D. Zdenko de Malowecz.*

DCCXXIV.

845 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 272. 8. minutissime exaratus Sacros Sermones comprehendit, habitos potissimum Diebus Dominicis et Ferialibus, quamvis etiam quidam in Commemoratione SS. puta *Leopoldi, Barbarae, Nicolai* &c. dicti sint. Initium ducitur a *Dominica Septuagesimae*. Quibusdam Sermonibus Orator locum praefixit, quo ad *Populum* dixit. Ita: *In Laybaco Anno 1498. In Sbacz* (Tyroleos) 1496. *In Gottbico* bis, videlicet *die b. Altmanni* et *die S. Martini*. In *Rossacz* et in *Armstarff* seu *Arnsdorf*, quae loca sunt inferioris *Austriae*. Pars Sermonum adumbrata est tantum, non item elaborata.

DCCXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. 178 XV. Folior. 221. f. currente calamo partim lineis longis, partim per duas columnas scriptus frequentia complectitur: I. *Enarrationes Epistolarum diebus Dominicis in Ecclesia legi solitarum a Dominica I. Adventus usque ad Dom. XXIV. post Pentecosten.* Interpretatio *bobemica* verbis sacri Textus plerumque superscripta, si non auctoris, possessoris faltem patriam prodit, qui etiam inferius nominabitur.

II. fol. 146. sequuntur *Sermones II. de Corpore Christi* et de *S. Vito*, quibus adjectum in calce nomen *Rossa* probat, Codicem hunc olim ad *Sacerdotem illum Wenceslaum Chrudimensem* pertinuisse, cujus jam toties mentio facta est.

III. fol. 154. Explicatio quarundam vocum difficiliorum, quae in *Evangeliiis* et *Epistolis* occurrunt, a secunda manu inscripta: *Vocabularius utilis pro quolibet Sacerdote*. Incipit ab expositione vocum *Osana, Edictum, Diversorium, Libertini* &c. non levi argumento ruditatis illorum temporum.

IV. fol. 172. p. 2. rubro Incipit *glosa super cantica canticorum Orosij*. Initium est: *Postquam a paradisi gaudijs expulsus est genus humanum* &c. *Glosa ipsa incipit: Angelos ad eam dominus, patriarchas ad illam et prophetas miserat* &c. *Commentarium in Cantica Orosio* tributum a *Tribemio Eru-*

2677

H O M I L E T I C I.

2678

Eruditi *Honorio Augustodunensi* vindicant, sub cuius nomine ab *Andrea Schotto* editus in *Bibliothecis PP.* legitur. Non vero hunc Codex noster exhibet, sed illum, qui jam a *Tritemio*, et deinceps ex Msptorum consensu ab Editoribus *Maurianis* Operum *Gregorii M. T. III. P. 2. p. 393. Paris. 1705. f.* atque a *Ceillerio Hist. des Aut. Sacrés T. XVII. p. 349. Paris. 1750. 4.* huic Pontifici adferitur. His porro adstipulatur Clausula Codicis nostri Bohemica, quae Commentarium hunc ad *S. Gregorium (Rzeborzycze swatebo)* pertinere adfirmat. Clausulae huic rursus adscriptus est *Wenceslaus Rossa Chrudimsky.*

V. fol. 197. p. 2. Sequuntur Excerpta ex IV. *Libris Dialogorum* ejusdem *Gregorii M.*

VI. fol. 205. p. 2. Opusculum de Lapidibus pretiosis hoc Praefaminis initio: *Reuerendo domino domino Hynkony (Henrico) frater Conradus professor sacre theologie se ipsum quamvis modicum tamen totum pro salute vestris affeetus precibus beniuole aquiescens ac vobis complacere cupiens*

quendam tractatum de proprietatibus gemmarum admixtis quibusdam moralitatibus colegit secundum ordinem alphabeti &c. Fontes, ex quibus fabulas suas potissimum hausit hic *Conradus*, sunt *Dioscorides, Evax, Isidorus, et Albertus M.* Libellum in *Bohemia* scriptum suadet nomen *Hynkonis*; quisnam vero *Hynko* seu *Henricus* iste, et multo magis, an *Conradus* noster *Conradus* ille de *Sstiekna* alias de *Austria* fuerit, quem anno 1369. defunctum *Balbini Bohemia docta* edit. *Ungar. P. II. p. 183.* attingit, *Literatores* illius gentis, si operae pretium visum fuerit, melius dispicient.

VII. fol. 217. Codicem absolunt *Sermones II. De Peccatis in Spiritum S. et de Passione Domini.*

Praetextum vero illi folium est membraneum *Paraphrasis Bibliorum rhythmis teutonicis* *Historiam Jonathae* mel degustantis ex *Reg. I. c. 14.* exhibens. Manus *Seculi XIV.* videtur; dolendumque est, Codicem hunc intercidisse, cujus textus plurimum ab eo, quem *Cod. CXXXVI.* indicavimus. En specimen.

In hungers not sein cbrast verswant.

Do vant der freche Weigant. (Bellator)

In einem boume boniges vil.

Daz az er an dem selben zil.

Vntz der ellenthafte man.

Gar sein cbrast gewan.

Seiner gesellen einer sprach.

Do er den degen (heroem) ezzen sach.

Wie tustu so des sol nicht sein.

Verboten hat der vatter dein.

Daz vor nacht nieman ezzen sol &c.

DCCXXVI.